ornamentis: tuaque gratissimus suauitate uisetur: legetur: ama
bitur. Quae res tibi quidem decus & sempiterni propagationem
nominis: uenturis autem studiorum subsidium cōparabit: Nam
perpetuo rubertus in aristole & maiori quidem cum uoluntate
lectitaberis: sempque p philosoforum ora uolitabis. haec uō ad
te misi: haud ulla meduis fidus spe laudis aut glorie. Nec enim
eo temeritatis & ignorantie deductus sum: ut ullam chresiti
forme ac decoris laudem ab ulixe tribui potuisse putem: cum
homerus illo deformiore neminem troyam petisse cecinerit.
V erū enim uō cum prudentissimum atq; grauissimū in omni re
iudicium tuum nouerim: tu mihi iudex censorq; sis uehemen
ter exopto: ut quid de meipso expectem in posterum tua auctori
tate: uelut oraculo quodam: aut cōmone factus: aut cōfirmatus
intelligam: Qđ quidem ad onus amice et beniuole suscipiendū
tua te scio psuadebit. humanitas & mansuetudo. Quarū rerum
palmam ita cunctorū suffragio & extimatione reportasti: ut ni
hil quod auxilium: aut consilium deposcat abs te putet alienū.
A ccedit inter nos necessitudo quaedam: atque propinquitas ex
uiro antiqua uirtute ac disciplina prestantissimo: & etate nostra
clarissimo: Chrisolora: ex cuius opera & liberalitate manauit qc
quid graecarum hisce temporibus litterarum nostrates auxere.
I lle comunis utrique parens: dulcissimusq; praeceptor: archissimo
nos ita quodam cognationis genere conciliauit: sicuti quos uno
procreatos genitore: eademq; ortos familia cernimus. Quid plu
ra ipsum iam plutarchum audiamus: quem ita leges ut ipsum i
rostra sub tuum iudicium seuerissimamq; censuram productū
existimes atque perpendas.

VITA TITI QVINTI

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
https://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_918/0363
MANFRED LAUTENSCHLÄGER STIFTUNG